



SECTIO X.

CONDITA ET CONSERVAE.

Radix angelicae condita.

℞ **R**ad. angelicae recent. q. v.

Incisae, ablata medulla, macerentur per biduum in aquae fontanae, semel atque iterum renouatae, q. s. Post breuem ebullitionem effunde aquam, et adde syrupum communem ad supereminentiam duorum digitorum. Die vno et altero elapsis, leni coctione, iterata si opus sit, absumatur humiditas superflua, ut syrupus debitam retineat spissitudinem.

Rad. eryngii,

helenii,

fatyrri,

Cort. aurantiorum,

limonum,

eodem aut simili modo condiuntur.

Nux mochata,

Cort. citriorum,

Zingiberi,

condita ex India aduehuntur.

E 3

Con-

Condiuntur quoque Fructus, Flores, Semina omnigena, aut adiecto syrupo, aut crusta sacchari inducta; sed ad rem pharmaceuticam conditura vix pertinet. Ferrum quoque huic operationi subiicitur.

Mars saccharatus.

*℞ Limaturae ferri mundatae, sine praep. q. v.
Immitte cacabo abeneo suspenso supra focum lenissimum; affunde paullatim*

*Sacchari albi ad tabulati spissitudinem cocti pondus duplum,
cui immixta fuerit pro unaquaque libra
Amyli triti drachma vna.*

Agita cacabum assidue, ut limatura saccharo incrustetur, cauendo ne in massulas cocat.

C O N S E R V A E.

℞ Fol. cochleariae hortensis.

lululae

*Flor. rorismarini seu anthos.
rosarum rubrarum.*

Cort. exter. aurantiorum.

Fruct. cynosbati.

Ex singulis in pulpam tuis (demptis prius caulibus, fibris, etc.) cum sacchari albi triplo, inter contundendum sensim addito, fiant conseruae s. a. Humidioribus vero sacchari pondus duplum sufficit. Cynosbati pulpa adhuc paulo minus postulat.

SECTIONIO